

Atendite uobis. si peccauerit frater tuus in re pa illum, & si poenitentiam egerit. dimitte illi.

Et si septies in die peccauerit in te & septies in die conuersus fuerit ad te dicens. poenitentiam egerit. dimitte illi.

Et dixerunt apostoli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. si habueritis fidem sicut granum sinapis. diceretis huic arbori moro exradicare & transire in mare & obediret uobis. **Q**uis autem uerum habens seruum armentum aut pascentem. qui regresso de agro. dicit illi. stecum transire cumbe. & non dicit illi para quod cenem. & percipere te. & ministrum mihi donec manducem & bibeam. & post haec tu manducabis & bibes. Num quid gratiam habet seruo illi. quia fecit quae sibi imperauerunt. non puto. sic & uos cum feceritis omnia quae precepta sunt uobis. dicite seruis inuales sumus. quod debuius facere fecimus. **E**t factum est. dum iret in hierusalem. transiebat per mediam samariam & gadaleem. & cum ingrederetur quoddam castellum. occurrerunt ei decem uiri leprosi. qui steterunt a longe. & leuauerunt uocem dicentes. ihesu praecceptor. miserere nri. quos ut uidit. dixit. ite. ostendite uos sacerdotibus. & factum est dum irent. mundati sunt. unus autem ex illis ut uidit quia mundatus est. regressus est cum magna uoce. magnificans dominum. & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. & hic erat sameritanus. Respondens autem ihesus. dixit. nonne decem mundati sunt & nouem ubi sunt. non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo. nisi hic alienigena. & ait illi. surge uade. quia fides tua te saluum fecit. **I**nterrogatus autem a pharisaeis. quomodo uent regnum dei. respondit eis & dixit.